

prorectorum Generosis et Supremis Consilia-  
riis, prout et nobili Radski copias exceptio-  
nis contra ipsam opposita, ad diem crastinam  
concedimus, et terminum iisdem partibus conser-  
vamus.

Actum Metavia in Commis-  
sione Generali S. R. Majestatis et Rei-  
publicae, die 4. Septembris A. 1727.

Comparuit personaliter Nobilis Georgius  
Friedericus Radski, Consiliarius et Ple-  
nipotens Illustrissimi Ducis Ferdinandi,  
atque ad exceptiones contra se a Generoso  
Subiudice Terrestri et Plenipotentiaro Genero-  
sa Nobilitatis oppositas taliter se justificavit  
ex parato Producto tenoris talis.

Cum ego a celsissimo Curlandia et Semi-  
galliae Duce, Domino meo Clementissimo con-  
tra Generosam Nobilitatem Curlandicam pla-  
ne nihil, quod eandem aggregare possit, in  
Commisssis habeam, prout ego id ipsum / si ver-  
bis meis fides haberi nolit et necessitas efflag-  
arit / sufficienter demonstrare possum, sed  
semper Celsissimo Duci suavor fuerim, ut cum  
Nobilitate potius transigat, quam eandem accu-  
set multisque plectendam urgeat, prout et  
Sapissim